1511. ex 29. Maij

# Sigismundus I. Rex Poloniae Vratislavienss.

Nihil iniqui Vrae unquam Civitati cogitavimus, quam semper singulari gratia Nra prosecuti sumus, si causa Regno Nro non ferenda data per Vos non fuisset. Sed cum id ita Vobis et utile et optimum visum est, quod fecistis. Nos contra Nris subditis usu commerciorum cum Vratislavienss, iuste interdiximus. Sed ne existimetis duriores Nos esse, indulgemus Vris debita sua cum Nris contracta, ab eisdem in Regno Nro repetere, sed id ipsum Nris apud Vos licere volumus. Datum in Brzescie 29. Maij 1511.